



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 4. De Caraffa eligendo actum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

tes pertracto rem ferme confectam cen- **Sæc. XVI.**  
 sebat, cum ecce! improvidus Cornei **A.C. 1555.**  
 Cardinalis fervor totum evertit consilium; hic enim Julii III. Nepos, cum hujus electionem immodico ardore urgeret, potius eundem a supremi Pontificatus spe arcebatur: quo circa unaomnes in Caraffam Sacri Collegii Decanum sua suffragia conferre statuebant, eo quod hic esset Cæsar's subditus, tam Gallis gratus, quam Puteus eisdem suspectus; quamvis minime dubium videretur, quod Caraffæ parum propensus Cæsar foret, qui a possessione Archiepiscopatus Neapolitanæ diutius illum prohibuerat, donec tandem hic ea in re Julio sese subjecisset; cum eo tempore hic Pontifex de Carolo plurimum esset meritus.

#### §. IV.

#### *De Caraffa eligenda actum.*

Postquam Farnesius Caraffam propo- **Pall. n. 10.**

suerat, se tamen nulla ratione humana ad id moveri declaraverat, potissima Cardinalium pars ejus sententiae accesserat, ut Putei electio præpediretur. Itaque unaomnes Caraffam adeunt, eumque e cubili suo educentes ad Sacellum comitantur, ubi tamen nullo tum ex Cæsareis præsente sese in Papam esse electum persuaderi haud poterat. Attamen ipsem et Deus, cum hujus

Viri

Sæcul. XVI. Viri electionem etiam contra hominum  
A.C. 1555. eidem obstrepentium voluntatem perfici vellet, plures, variosque, quibus eiusdem nominatio promovebatur, ori-ri fecit eventus, quorum primus erat, quod ad Sacellum iturus, cum Carpensis, & S. Jacobi Cardinalium cubicula pertransire cogeretur, atque hi Caraffam comitantium strepitu excitati ad atrium egrederentur, ibique opportuna eis oblata fuisset occasio sese vindicandi de iis, qui ipsis insciis Puteum Cardinalem ad Pontificatum evehere molieban- tur, eapropter a Gallis, qui Caraffam conducebant, ac sequebantur, nimia fa- cilitate decepti credebant illis dicenti- bus, quod apud Cæsarem, qui suis fau- toribus Caraffam excludi præce- perat, suam interponerent excusatio- nem, exposituri, quod Viro i- psis speciali amicitia conjuncto, ac per plures annos unacum ipsis Inquisi- toris munere fungenti sua suffragia de- negare haud potuerint. Alter autem fortunæ casus erat, quod plures Cardi- nales, atque inter eos Panormitanus, Nobili, Auria, aliquique suborto strepitu e suis cubiculis egressi Gallos usque ad Sacellum secuti fuerint, ac Caraffæ ad- hæserint. Tertio etiam accidit, quod Otho Truchsessius Cardinalis Augusta- nus inter Cæsareos summæ existimatio- nis



nis Præsul mane sacrorum rituum Ma- Sæc. XVI.  
gistro significaverit, Puteum eo die Pon- A.C. 1554.  
tificem abs dubio renuntiatum iri, po-  
stea vero cum rescivisset de Caraffæ e-  
lectione agi, attonito similis exclama-  
rit: *Quid agit Theatinus ille ambitiosus  
Episcopus?* Ast Otto ad vesperam animi  
sententiam mutabat, necnon altera die  
expiatis per homologes in noxis suis, ac  
summo mane peracta re divina per eun-  
dem rituum Magistrum Caraffæ signi-  
ficari faciebat, se illi certo suffragatu-  
rum.

## §. V.

*Farnesius Cardinalis plures Purpu-  
ratos sibi concilians.*

Cum Cardinalis Moronus duo Inquisi-  
tionis capita Carpium, ac Cardina-  
lem S. Jacobi in Sacello cerneret, illos  
eo duntaxat ex fine convenisse suspica-  
batur, ut ipsum a Papatu excluderent,  
quapropter & ipsus illis, qui Caraffæ  
addicti erant, sese adjunxit, ut hoc ob-  
sequandi studio illos sibi devinciret, ac  
Farnesio sibi in paucis caro obsequium  
præstaret. Itaque hæc digressio eun-  
dem in hoc conclavi operabatur effe-  
ctum, quem in prioribus comitiis Car-  
dinales S. Angeli, & S. Floræ excogi-  
tabant; quippe exinde unio, quæ inter  
Cardinales Puteum eligi cupientes vi-  
gebat,